Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tuere domicilia coeli, & singulorum initia indagare. Sed quia modus ille est difficilior & laboriosior, docebimus nunc de tabulis ab Astronomis ad certas Poli elevationes computatis, & Ephemeridib. prefixis coeli figuras erigere. Sed priusq; ad rem ipsam pueniamus, domicilia coeli ab Astrologis distincta, & illorum varia ac diuersa appellationes diligenter cognoscantur, qb. schemata quoq; ab aliis aliter depicta addantur.

Primum uero & usitatiss. schema hoc modo describitur.




Hoc in schemate linea distincta numeris uocantur Cuspides & initia domiciliorum coeli. Spatia uero sequentia & inter duas lineas primas intercepta, domus seu turres appellantur. Linea ergo unitate notata erit initium siue Cuspis prime domus, cui spatium pertinetur usq; ad lineam binario numero signatam cuspide s. secunde domus. reliqua uero domicilia sequuntur ordine prout initia numeris sunt distincta. Et quia uariae sunt domiciliorum appellationes, necesse est eas ppter lectorum lectione diligenter obseruare.